



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

CXXXIII. Markgraf Ludwig notificirt dem Rath zu Gardelegen, die dortigen  
Juden in seinen besonderen Schutz genommen zu haben, am 8. März  
1344.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

tus fuerit in opere eorum aut non, dimidium fertonem pro resignacione ministrabit consulibus et talis resignacio debet fieri in consistorio coram ipsis. Item pro quantacunque pecunia macellum quis nunc emit aut postea emet, pro tali pecunia exactionem tenebitur erogare. Iterum quicumque de carnificibus tribus anni terminis sibi inuicem continue succedentibus censum suum dare neglexerit, macellum suum deperdet, de quo Consules se intromittent ad faciendum cum ipso quicunque velint. Item quicumque ex ipsis carnificibus macellum suum vendet, hiis tribus optentis, videlicet conciuio, quod dicitur burfcap, gulda et opere, si talis macellum reemerit aut hereditarie consecutus fuerit, nullös denarios nisi resignacionis denarios ministrabit. Est autem venditio hec conditionibus istiusmodi intercepta, quod ciuitas omnem censum in macellis, deriuamen et Jus omne habitum antea, prout in antiqua littera ciuitatis ipsisdem carnificibus tradita, conscriptum est, integraliter obseruabit. — Actum et datum in nostro consistorio anno dom. Millesimo Tricentesimo tricesimo quinto, die beati Martini Episcopi confessoris.

Nach dem Orig. im Stadt-Archive.

**CXXXII.** Bischof Albrecht von Halberstadt concedirt dem Rathe zu Gardelegen das Patronat über die dortigen Schulen, am 9. Nov. 1340.

Nos Albertus, dei gracia Halberstadenfis Ecclesie Episcopus — ex commissione nostra speciali per nostros visitatores, videlicet magistrum Ottonem de doblin ac Thidericum de Eymbeke, cum consulibus et vniuersitate in Gardeleghe super impetitione scolarum ex parte nostri in eodem opido, de quarum ordinacione, presentacione et dispositione se hactenus auctoritate propria intromiserunt, firmiter extitit concordatum, jtaque quod predicti consules et vniuersitas — nostra voluntate et consensu in iuribus et consuetudinibus eorum — super dictis scolis habitis et seruatis amplius quiete inuolabiliter permanebunt et ne in posterum dicti Ciues ab aliquo nostro successore aut alio commissario molestentur, occasione dictarum scolarum ac iurium earundem, Nostrum Sigillum apponi iussimus in testimonium premissorum, Datum Langenfteyn, Anno domini MCCC quadragesimo, feria quinta proxima ante diem beati Martini Episcopi.

Nach dem Originale im Stadtarchive, welches stellenweise durchlöchert ist.

**CXXXIII.** Markgraf Ludwig notificirt dem Rath zu Gardelegen, die dortigen Juden in seinen besondern Schutz genommen zu haben, am 8. März 1344.

Ludovicus etc. Prudentibus viris et discretis Consulibus ciuitatis Gardeleuen fidelibus et dilectis gratiam suam etc. Noueritis quod discretos Judeos, camere nostre seruos, ciuitatem vestram inhabitantes, presentes et futuros, in nostram tuicionem recepimus singularem, Sic quod singulis annis in festo beati martini nobis tres marc. arg. dare sive soluere tenebuntur. Volentes etiam eosdem iudeos necessitate ipsis incumbente pre indebitis insultibus dum a nobis requisierint gubernari nostri nomine per vos fideliter et tueri. Datum St endal anno predicto (M. CCC. XL. IV.) feria II post oculi.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. CXLVIII. — Ludwig, Reliq. Mspt. VII, 122.